



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

Rom, 1511

Mutatio anni Pontificatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

Marchiones milites plerisque alios nobiles ciues Ro. ac vtriusq; se-
rus homines de dicta ecclesia sancti Petri ad basilicam sancti Jo-
hannis Lateranen p nonnullis ceremonijs inibi fieri solitis fa-
ciendū laudabiliter extitit associatus Quare etc.

Visitatio ecclesie Lateranen.

Anno etc. die Martis quinta mensis Decembris post diuinum
officium in basilica sancti Petri principis Apostolorum perac-
tum ante horam prandij eiusdem diei Sanctissimus in christo pa-
ter et dñs noster dñs Julius diuina providentia papa secundus dia-
demate pontificali coronatus sollempnissime cum maximis et miri-
ficis triumphis vt supra in clausula. Insuper vero et extitit asso-
ciatus.

Mutatio anni Pontificatus.

Die martis vicesimasexta mensis Nouembris fuit dies ani-
uersarij pontificatus siue festi coronationis sanctissimi in
christo patris et domini nostri domini Julij diuina providentia
Pape secundi. Quare illa die Annus Pontificatus dicti domini
Julij de anno primo in secundum mutabatur et mutatus est.

De Subdelegatione.

Reuereudissimus in christo pater dñs Cardinalis iudex et comis-
sarius prefatus Rome in domibus solite sue residentē vena-
bile ac circumspectum virum dñm. n. iudicem commissarium et au-
ditorem in causa et causis huiusmodi ac omnibus et singulis causis
coram eo indecise pendentē in ipsius domini Cardinalis absentia
vsq; ad diffinitiuam sententiam exclusiue subdelegauit et deputa-
uit prout et quemadmodum in quodam subdelegatione instrumē-
to publico per me presentis cause notarium atque scribam predi-
ctum desuper in notam recepto et apud acta cause huiusmodi in-
ferius registrato plenius continetur et habetur. Presentibus etc.

Reuereudus pater dominus n. Rome etc. pro tribunali sedens
in prefatorum magistrorum. n. et n. procuratorum hincinde presentia asse-
rens se ad presens diuersis suo Episcopatu incumben et alijs nego-
tijs legitime fore impeditum in tantum quod litterarum sibi

Subdelegatio cæ p
Cardinalem.

Subdelegatio ad cre-
quendū lras aplicas
et occidens in eis cō-
tenta.